



1. Reichard / Elis. Cusp. / gebürtl. tag gratulation  
gratulation auf Königin Sophia Augustina  
in Dänemarc, 1740.
2. gebürtl. tag gratulation auf Hertzog  
Chr. Ernst zu Sachsen Saalfeld, 1744.
3. Drey Briefe auf Hertzog Franz Joseph  
zu Sachsen Coburg, 1744.
4. Lange / Joh. Friv. / gebürtl. tag gratulation  
auf Grafen Sprin. Ernst zu Dölbzig  
1744.
5. Henrici / Paul Chr. / gebürtl. tag gratula-  
tion zum Christen in Dänemarc, 1745
6. — Drey Briefe 1745.
7. Dölbzig / Joh. Martin Graf zu — / gratulation  
an den von Sachsen Coburg 1745
8. Drey Briefe, an Studierende in Altona, 1745.
9. Kirchhoff / Joh. Heinr. / Drey Briefe, 1745.
10. Wiegand / Carl Chr. / gebürtl. tag gratula-  
tion zum Grafen Chr. Fried. zu Dölbzig  
1746.
11. Schütze / Henr. Car. / Drey Briefe 1746.
12. Eberhard / Joh. Petri. / Drey Briefe 1746
13. Joh. Magistrats in Cothen gratulation zur  
Vermaählung Grafen H. E. zu Dölbzig 1742.
14. Sander / Joh. Andr. / Drey Briefe Lateinisch, 1742.
15. Werth / Lebr. Henr. / Drey Briefe 1742.

Dbl

100  
101



OMINA FAVSTA  
 QVIBVS  
 VIRVM PRAENOBILISSIMVM  
 ET DOCTISSIMVM  
**MARTINVM FRIDERICVM**  
**KRATZENSTEIN**  
 CVM AD SCHOLAM Salfeldensem  
 ACCEDERET IN SEX IVENTVTIS MODE-  
 RATORIBVS SECVNDVM LOCVM  
 OCCVPATVRVS  
 EXCIPERE VOLVERVNT DEBVERVNT  
 PRIMI ET SECVNDI ORDINIS DISCIPVLI

---

D. VII. OCTOBR MDCCCXXXIII.

---

SALFELDAE,  
 EXCVDEBAT WIEDEMANN, TYPOGRAPH. DVCAL.

AK



SENECA.

**P**Raeceptores suos adolescens veneretur ac suspi-  
ciat, quorum beneficio se vitiis exiit et sub quo-  
rum tutela positus exercet artes bonas.



am peramena dies, niueoque noranda lapillo

Exoritur nobis, nil nisi laeta ferens.

Depositis igitur celebremus gaudia curis

Plausu festiuo iubila laeta sonent.

Namque bonum nostrum, quod perdideramus a-  
mandum,

Reddidit id nobis cura paterna Dei.

Cura Dei, quae sola salus et rebus in artis

Solamen, turris, portus et esse solet.

Ergo quibus verbis et quo Tibi carmine grates

Soluamus clemens ac reuerende Deus?

Laus Tibi sit soli, sit honos, sit gloria semper:  
Qui potis est celebret nomina sancta Tua.  
Tu magnus fator atque stator, vereque scholarum  
Dicendus pater es: Te sine dispereunt.  
Id fumus experti cum tristi vulnere laesa  
Haec schola lugeret, Teque rogaret opem:  
Non spreuisti eius miseras audisse querelas  
Atque aegrae medicas applicuisse manus.  
O si possemus meritis describere dictis  
Gaudia, quae nostri percipiant animi.  
KRAZENSTEINIUS aduenit, nostroque Lycao  
Supponit patiens ingenuos humeros:  
(Quid magis optandum?) vir praecellentibus auctus  
Et mire instructus dotibus ingenii.  
Quemque sibi pietas, custos fidelissima caeli,  
Vendicat, in cuius pectore templa tenet.  
Qui iam plus patrio erga nos adductus amore  
Nobis quoque modo consuluisse cupit.  
Salue, CONRECTOR precibus, votisque petite:  
Te omnes laetitiis millibus excipimus.  
Cum nondum haurires lumen spirabile vitae;  
Cum nondum posses conscius esse TVI:  
Jam voluit Deus, vt solers collega Lycaei  
Nostri esses et nos consilio regeres.  
Ille etiam TIBI post multos variosque labores  
In coetu superum praemia iusta dabit.  
Omnes interea demisso corde precamur,  
Vt TIBI sit felix haec noua sparta TVA.  
Vive! Vige semper! Summus moderator olympi,  
A quo perpetuae fons bonitatis abit,  
Depulso luctu, grauius curisque fugatis  
Concedat cordi prospera cuncta TVO:  
Ille sui dulcis TE nectare pascat amoris,  
Et sit perpetuo duxque comesque TIBI:

Auertat morbos, cumuletque in corpore vires,  
Ut rite atque alacris munus obire queas.  
Inceptis faueat, det progressusque secundos,  
Iplius vt per TE promoueat honor.  
Clemens inprimis eius TIBI spiritus adsit,  
Nos euangelii cum sacra verba doces:  
Ut penetrent animum faxit, faciantque beatos  
Nos; sic felices tempus in omne erimus.  
Haec sunt vota, tui pro TE, CONRECTOR AMANDE,  
Quae susceperunt pectore laetifico.  
Omnipotens Numen, nostrae cupidumque salutis  
Cuncta sibi valde mox placuisse dabit.



R. II. L. I.  
Nro. 2.

R II. L. I.  
Nro. 3.

78 M 362


ULB Halle 3  
002 707 233  


56

Hsch. II. 3; 30; 101; 107; 112; 113; 114.

20







DBL

100  
101



OMINA FAVSTA  
QVIBVS

...RAENOBILISSIMVM  
DOCTISSIMVM  
VM FRIDERICVM  
ATZENSTEIN  
...OLAM SALFELDENSEM  
...N SEX IVENTVTIS MODE-  
IBVS SECVNDVM LOCVM  
OCCVPATVRVS  
...E VOLVERVNT DEBVERVNT  
CVNDI ORDINIS DISCIPVLI.

OCTOBR CIO IOCCXXXVIII.

SALFELDAE,  
...IEDEMANN, TYPOGRAPH. DVICAL.



AK

